

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. XXVII. Additio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

In instrumento allegato summario numer. II. unde remoto obstaculo statuti rationis Clericatus, actio cessa transfertur in Cessionario cum codem privilegio Prælationis, quod habet hypotheca de jure communi in concursu actionis personalis. Olla de celi, jur. tit. 6. quæst. 2. num. 12.

Imò quatenus illa competeret intuitu Clericatus, nihilominus tanquam cohægens diceretur cessa, & transfiret in Cessionario cum suo privilegio. Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 4. num. 2. cum seqq. Cof. deprivileg. Cred. regal. 3. amph. 43. Pacif. de Sabrian. inspect. 3. cap. 4. num. 62. Oleo ubi supradit. 6. quæst. 2. numer. 12. Rot. dec. 310. numer. 6. & seqq. par. 7. recent.

Et ita utraque parte &c.

### Ad Quæst. XXVII. Additio.

**R**AIO cur Scholares & alia Universitatum membra jure communi exempti non dicantur, non alia esse potest, quām quod jurisdictione Rectori tributa per Auctent. Habita. C. ne Fil. pro parte, non sit privativa ad Episcopum, sed cumulativa ut not. ibi. D.D. & vide Clar. in pract. §. fin. quæst. 35. num. 23. Fag- man. in c. cūm inhibitio num. 8. de clandeſt. dispon. Cæterum hodiernis moribus Academias Pontificiæ vel Regiæ autoritate erectas non subesse Ordinariis, nec ad eas extendi jurisdictionem Episcoporum, aperte dictum fuit in Rotans in seq. decisi.



Ff 3

DECI-